

Venditio terræ facta Monialibus S. Nicolai de Quinciano a Vilielmo & Ottone. Ex Tabul. mon. S. M. de Aq.

35

MCLXXXI.

Anno Domini MCLXXXI. indicione XIII. XVII. calendas decembris cartam venditionis sub dupla defensione fecerunt fieri VVilielmus, frater ejus Otto, filii quondam Ardanefus in manibus Domina Otta, & Domina Sicha Monacis S. Nicolai de Quinciano nominative de pecia una de terra sicuti est signata, & terminata infra terminos & coherentias, & est per mensura justa festarii tres & tabule II., & dimidia, & jacet in territorio Quinciani ad locum ubi dicitur ortos, coheret ei ex una parte Christianus, ex alia via, ex alia sancti Nicolai, pro finito precio librarum trium e meza, & den. VII. papiensis monete tali modo, quatinus proprietariis nominis Otta & Sicha, & successores earum faciant a presenti die in antea quidquid facere voluerint sine omni contradicione supradictis Vilielmo, & Otto sui fratres, & eorum heredum, quam supradictam vendicionem supradicti Vilielmi, & Ottoni predicto Otta promiserunt in integrum ab omni omine defendere, quod si defendere non potuerint, aud per quodvis ingenium subtrahere quesierint, tunc in duplum eandem vendicionem ut supra legitur restituere debeant subnixam stipulacionem, sicut pro tempore fuerint meliorata, aut valuerit sub extimacione bonorum hominum in consimilis locis. Actum subter porticus sancti Nicolai feliciter. Testes sacerdos Gandufus, Maurus de Ospitale Jerusalem, & Marencus similiter, & Otto, & Oglerius filius ejus. Et ego Oddo Notarius sacri Palatii interfui, & scripsi ecc.

Acta Pacis Constantiæ inter Fridericum Imperatorem, & ejus filium Henricum, & Longobardos, ac civitates, (inter quas Aquæ) irrita ab Episcopo Ast. & Henrico M. Saonæ. Murat. A. I. M. Æ. T. IV. diff. XLVIII. Col. 307.

36

MCLXXXIII.

In nomine sancte &c. Fridericus divina &c.
I pacem nostram, quam eis clementer indultam concessimus presenti pagina jussimus subterscribi, & auctoritatis nostre sigillo communiri, cujus tenor hic est &c.

XXX. Hanc igitur pacem secundum formam præscriptam, & per mediatores pacis, videlicet VVilielmum Astensem Episcopum, & Henricum Marchionem Saonensem &c. in perpetuum ratam haberi, & conservari statuimus

XXXVI. Hec autem sunt civitates, & loca, que pacem præscriptam sub juramento Lombardorum nobiscum receperunt Pavia (ex codice (1) Brixiano Acqui) Terdona, Asta, Cœsarea, Janua, Alba, & aliæ civitates, & loca, & personæ, quæ sunt, & fuerunt ex parte nostra

Datum apud Constantiam in solemnibus Curia VII. Kal. junii.

(1) Non solum ex codice Brixiano, ut animadver-

tit Muratorius, sed ex Lunig. Cod. diplom. T. I. pag. 32. ubi hæc eadem acta edita sunt, civitas Aquis inter eas nominatur, quæ pacem receperunt cum aliis.

Venditio domus ab Agnete & Medico facta Nicolao Jarri. Ex Tab. mon. S. M. Aq.

MCLXXXIII.

37

Anno Dominice Incarnationis MCLXXXIII. ind. II. die Veneris III. id. aug. Agnes jugalis Medici ipso Medico presente & ipsius Agneti jubente ec. vendit ecc. tibi Nicolao Jarri, & per te nepotibus tuis unam casam cum ejus sedimine ecc. que jacet in territorio Aquis, ubi dicitur Caput Burgi coh. ei Philippus Henricus Rodulfus detalex. emtor & via finito precio den. bon. pap. trium librarum & duorum solidorum ecc. Actum sub Ulmo sancti Petri de Aquis feliciter.

Signum manus infrascripte Agnes & Medici jugalium, qui queve hanc cartam scribi rogaverunt.

Signum manus Ottonis Sal., Oberti Otte, Balduini Ferrer, Uberti VVolfi, Arnaldi Hugonis, Henrici Meladii testium rogatorum. Ego Petrus Notarius sacri Palatii rogatus hanc cartam scripsi, & tradidi.

Concessio Emphiteutica domus facta a Matelda Abbatisa Bertramo Muratorio. Ex Tab. mon.

MCLXXXVII.

38

Anno Dominice Incarnationis MCLXXXVII., VII. indict. V. die lune III. Kal. julii. Domina Matelda Abbatisa sancte Marie de Campis Aquensibus, domina Matelda, Elena, Dannata, Alda, Matelda, Bergogna consororibus suis presentibus, & ei in suprascriptis sponte consentientibus. Confitens se ideo accepisse fidelitatem & denarior. honor. pap. XX. sol. a te Bertramo Muratore per se & per os filios suos legitimos, & per omnes legitimos eorum te investivit nominatim unius sue domus edificate in burgo Aquis. Coheret ei Stephanus Abbas, presbiter Petrus & via. Tu vero annuatim, dum habitaveris in ea, aut tuus heres promittis & debes dare ei pensionem, vel fictum X. sol. infrascriptorum denariorum ad natale domini. Jus, quod habes in ea nemini licet tibi ullo modo donare nisi infrascriptis heredibus, & si in futuro aliquando tu, aut heres tuus infrascriptus nolueris ea inhabitare, vel forte exiveris Aquis sine spe revertendi, debes ea omnia libera finire illi, cujus est proprietas, & usque tunc solvere ei istam pensionem ut supra, nec unquam in peiori statu, quam acceperis, eam derelinquere, & ultro promittis infrascriptis dominabus ire in principalibus festis cum sua familia ad suam Ecclesiam, & audire ibi missam si dicta fuerit. Item ultimo promittis eis te & tuam familiam, que decesserit, donec tenueris infrascriptam domum, sepulturam ad suam Ecclesiam. Actum apud infrascriptam Ecclesiam feliciter.

Petrus Lucio, Petrus de Davei, Wilielmus Dru-xie, Roulfus Ruulia, Otto Frasca, Obertus frater suprascripti Beltrami & Manfredus Enrici de Me-